



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Praxis Episcopalis**

**Piasecki, Paweł**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

De Consecratione Oleorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](#)

um propter periculū reconfirmationis.  
Patrinus debet habere confirmans,  
dus, qui patrinus contrahit affinitatem,  
et quē ut per susceptionem ex Baptismo.  
Conc. Trid. cit. seſſ. 24 de ref. matr. cap.  
2. infin.

Et Patrinus debet esse confirmatus c.  
n baptismate. dist. 4. de consecratione

nec contraheret affinitatem si non esset  
ipse confirmatus. Angel. loc. cit. num. 11.  
Debet etiam esse alius quam ille qui fuie  
in Baptismo, nisi necessitas cogat. cap.  
in Catechismo. dist. cit. Monachus item  
vel Abbas compater fieri prohibetur. c.  
non licet. cap. monachi. dist. cit. cap. pla-  
cut. 16. quest. 1. cap. peruenit. 18. q. 2.

## ARTICVLVS III.

### De Consecratione Oleorum.

1. Oleorum SS. diuersitas.
2. Oleorum SS. usus.
3. Olea SS. non possunt consecrari nisi per Episcopum.
4. Olea SS. non consecrantur nisi die Cœna Domini.

1.  Leum Sanctum sub tria di-  
uersitate consecratur. Aliud  
quod vocatur chrisma ex o-  
leo oliuarum & balsamo, cu-  
ius mixtura mysterium explicatur. cap.  
vn. de sacr. vnc. Hoc vnguntur Baptiza-  
ti in vertice & fronte: item Ecclesia, Al-  
taria, calix, patena, fons Baptismalis, E-  
piscopus dum consecratur in capite &  
in manibus, & confirmandi. Aliud dici-  
tur oleum Cathecumenum, ex oleo o-  
liuarū solo, hoc vnguntur baptizati in-  
ter scapulas, & in pectore: item Ecclesia,  
Altare ante chrismanionem, item Sacer-  
dotis manus, Reges & Principes in bra-  
chio & humero. Tertium est oleum in-  
firmorum, quo vnguntur infirmi ex pri-  
mæua institutione Ecclesia, de qua in E-  
pistola can. B. Iacobi Apost. Infirmatur  
quis ex vobis, inducat presbyteros Ecclesia  
& oreant super eū vngentes eum oleo, &c.
2. Hæc itaque Olea Sacra à solo Episco-  
po consecrantur. cap. si quis. cit. dist. 4.  
de consecr. & singulis annis consecrari

debent. cap. omni tempore. dist. cit. & iti-  
dem singulis annis ad omnes Ecclesias  
Parochiales per Præsbyterum vel Sub-  
diaconum saltem, sub sigillo & decenti  
cultu deferenda sunt, vetera vero cre-  
munda: nec aliunde peti debent nisi à  
proprio Episcopo. cap. Præsbyteri. 95.  
dist.

Consecranda autem sunt solo die  
Cœna Domini. cap. literis. dist. 3. de con-  
secr. & in missa. cap. tereferente. de ce-  
leb. Miss. vbi gl. v. spontina. querit vrū  
missa sit de substantia huius cōsecratio-  
nis, sed tenendum est missam esse de ne-  
cessitate præcepti, non de necessitate  
Sacramenti, ut de ordinibus diximus.

Salutationum & aliarum Ceremo-  
niarum quæ in consecratione oleo-  
rum adhibentur, reddit ratio-  
nem Guil. Duran. in suo  
rationali Diuinorum,

lib. 6. c. 74.

(::)

X 3

ARTI